

Sermo

Quomodo legis Et ille respondens dixit. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex omnibus viribus tuis. et ex omni mente tua. et primum sicut te ipsum dixitque illi. Recte respondisti. hoc fac et viues. Ille autem volens iustificare se ipsum dixit ad Iesum. Et quis est meus proximus. Suspiciens autem Iesus dixit. Homo quidam descendebat ab Iherosolymis in Iherico: et incidit in latrones qui etiam despoliauerunt eum. et plagis impositis abierunt semiuia relicto. Accidit autem ut sacerdos quidam descenderet eadem via. et viso illo preterijt. Si militem et leuitam cum esset secus locum: et videret illum pertransijt. Samaritanus autem quidam iter faciens venit secus eius. et videns eum misericordia motus est super eum. Et appropians alligauit vulnera eius. infundens oleum. et vinum. et imponens in iumentum suum duxit in stabulum. et curam eius egit. Et altera die prulit duos denarios: et dedit stabulario. et ait. Curam illius habet. quodcumque supererogaueris ego tui rediero reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi fuisse proximus illi qui incidit in latrones. Ille dixit. Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus. Memento et tu fac similiter.

Eodem die.

Sermo. xcvi. de euangelio.

Beati oculi qui vident que vos videtis. In prece de dominica agitur de insufficientia legis. et de perfectione euangelice gratie. lex tibi non erat sufficiens

nonagesimus sextus

Ans ad salutem. sicut ostenditur in euangelio boetio in persona hominis factiati: quem sacerdos et leuita. scilicet ministri veteris testamenti. de quorum imperfectione iam dictum est in epistola. viderunt et cogitare non valuerunt. sed pius samaritanus. id est christus per incarnationem appropians: factiatio oleum misericordie. et vinum gratie vulneribus eius infudit. et curam eius egit. Memento in persona illius clamat ecclesia in introitu missae. Deus in adiutorium meum intende. ubi imploret auxilium gracie contra omnes legis. intentionem fomitus et assultus hostis: quoniam cum tardat misericordia crescunt tormenta. orat sibi celeriter subueniri per incarnationem filij vicens. Domine ad adiuuandum me festina. Et nota sicut dicit ibi gloria. quod hic versiculus ad omnes horas in initio dicitur. quia cum orare debemus. maxime tunc temptare nititur dyabolus ut musce morientes perdat suauitatem vnguenti. quare ante omnia contra illius assultus auxilium a deo postulemus. Concordat igitur euangelium cum epistola. quoniam ibi apostolus comparat et preferat ministros euangelij ministris veteris testamenti. hic vero christus beatiores esse dicit apostolos regibus et prophetis cum ait. Beati qui vident que vos videtis. Duplex autem est beatitudo. Una per gratiam. Altera per gloriam. Una in via. altera in patria. De beatitudine patrie dicit psalmista. Beati qui habitant in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te. Hec autem beatitudo consistit in duplici gloria. scilicet anime et corporis.

ff. ij.